1134 Similis eorum Quietatio.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobilis Stephanus Wysoczanski Szwabowicz, sanus
mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero
1092 Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc
attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse suo, et Nobilis Anastasiae
Zernicka conthoralis suae legitimae, pro cuius ratihabitione cavet, ac
se praesentibus inscribit nomine, Nobiles Steban Wysoczanski
Piotrowicz et Maryssiam Ilnicka Coniuges legitimos atque Sub-
ditos illorum de Villa Wyszne Wysocze, eorumque posteros, de Causa
et Actione per Requirentem, eorumque praefatam Contentionem suam, eisdem Nobilibus
Wysoczanskim Coniugibus, et eorum Subditis, ratione certarum
iniuriarum, Violentiarum, damnorum, tum ratione concussionis,
converberationis, aliarumque iniuriarum, ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense institutis et intentatis, et in quovis puncto
et gradu Iuris dependentis; tum de quibusvis praesentationibus vul-
nerum, Obductionibus, Arestis, necnon de quibusvis Iniurijs
et Violentijs, tum praetensionibus generaliter omnibus ad diem hodiernam
intervenientibus, ob sufficientem et plenariam sibi Recognitam
praestitam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberosque et
absolutos perpetuo pronuntiat: Causas easque et Actiones
Iudiciarias, praesentationes quasvis, Aresta, Vulnerum Obdu-
ctiones, Iniurias, damna, et praetensiones in toto et in omni ea
cassat, mortificat, et annihilat praesenti sibi, suisque propriis ratione
Commissorum omnium perpetuum imponendo Silentium.

Wysoczanski, alijs Condescendit

Comparens personaliter coram Officio, et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Cap[itanea]libus
Premysliensibus Nobilis Stephanus Wysoczanski Szwabowicz Sanus
mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictio-
nibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, p[rae]sen[ti]
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum 1092
hunc attinet se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter o[mn]ibus
totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo, palam, libere,
publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et
integro Iure suo infratto, nimirum de Summa Quadringento-
rum et quadraginta floren[orum] polon[icorum] sibi Recogniti per Nobilem
olim Wasko Wysoczanski Andreykowicz Actis Terrestribus Premy-
sliensibus Feria tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et
Martyris, in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo
Tertio inscripta, et super bonis eius proprijs videlicet duabus
Areis, alias Dworzyska dwie, Vna Okurowskie, Altera
vero Tarasowskie, tum et Subdito Militia dicto, cum agro
et Residentia eius: tum Brodek dictis Faleza in loco dicto
Rowienie penes eandem Aream, in Villa Wyszne Wysockie
Terra et Districtu p[rae]sen[ti] Premysliensi iacentibus et consistentibus modo
obligatorio de Anno ad Annum ad soluendum asseverat. nec
non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Terrestri
Premysliensi inde de p[rae]missis latione, atq[ue] de bonis supra re-
censitis, cum parata bonorum eorundem Iurisq[ue] p[rae]sen[tis] cessi
Intromissione, tuitione, Evictione, pacificaq[ue] in bonisq[ue]
per eosdem Agentem continuata possessione cum omni p[rae]missorum
Iure, dominio, proprietate, competentiaq[ue] et p[rae]rogativa quavis,
cumq[ue] omnibus et singulis Inscriptionis p[rae]dictae obligatoriae
Iurisq[ue] p[rae]sen[tis] cessi conditionibus, punctis, clausulis, articulis,
Vadijs, ligamentis, ac nexibus in Universum o[mn]ibus, Summa

1136

quoq supra, et bonorum summa eadem oneratorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, commodis, et obventionibus quibusvis, attinentiisq. et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris, dominii, proprietatis, et cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Regnte, suisq. Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesens recognitus ipsemet Regns tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq. concernebant, ac eidem Regnti serviebant; Iam ex nunc et de facto Nobilibus Heliae et Demetrio Wysoczanskiem Piotrowiczom, fratribus inter se germanis, eorumq. posteris, accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione; Cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus, omneq. et integrum Ius suum totum sibi ad praemissa serviens in personas eorundem Nobilium Heliae et Demetrii Wysoczanskich Piotrowiczow, Cessionariorum suorum, eorumq. Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum Summam, ac bona summa eadem onerata, praemissaq. omnia praesentibus per te Regntem transfusa, is idem Regns Nobilis Stephanus Wysoczanski Szwabowicz praefatis Nobilibus Heliae et Demetrio Wysoczanskiem Piotrowiczom, fratribus inter se germanis Cessionariis suis, eorumq. posteris, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamq. possessionem per Nuncium quemcunq. competentem et Nobiles eliberos quoscunq. voluerint, sumendo accipiendam, per ipsos Cessionarios suos, eorumq. posteros, hoc idem Ius praesens cessum Summam, ac bona summa eadem onerata praemissaq. omnia per praesens transfusa cum universis eorum utilitatibus et

Vsufructibus, competentiaque et prerogativa quavis tenendi, habendi
et possidendi, illisque quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos, suo-
rumque Successorum quosvis beneplacitos Vsusfructus libere et effe-
ctualiter convertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius
in se complectentis praesentibusque cessi et transfusi Vigore. Debetque
et tenebitur mrabus Generosus Nobilis Stephanus Wysoczanski Szwabo-
wicz, qui se, ac suos Successores, vi et sub bonis suis generaliter omnibus
Summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis, praefatis Nobilibus
Heliae et Demetrio Wysoczanskim Piotrowiczom Cessionariis suis
inscribit et obligat praesentibus, ipsos, et eorum successores, in dicto Iure cesso,
Summa ac bonis Summa eadem oneratis, praemissisque omnibus praesentibus
transfusis, et ratione eorundem omnium praesentibus abscessorum ab omni
et quavis impetitione iuridica, quarumcunque personarum, cuius-
cunque conditionis, Status et sexus cuiusvis existentium ex re, per-
sona, et occasione sui Generosi, ac suorum Successorum Iurisque praesentibus
cessi, tantummodo et non Vltra exorienda, in omni Iudicio et Officio
Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evin-
cere, intercedere et eliberare, indemnesque cum posteris reddere
necnon hoc idem Ius praesentibus cessum, Summam ac bona Summa eadem
onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa, ab omnibus in genere
Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem
praemissa omnia praesentibus condescenta, cuius personae modo quo-
cunque itidem ex re persona et occasione sui Generosi, suorumque Successorum
tantummodo et non Vltra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis
Processibus super eadem praemissa omnia praesentibus cessa importatis et importan-
dis, lucris denique et pervincis, quaestibus Iuris quibusvis in
quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et
Officio Regni obtentis et obtinendis, ac desuper praemissis omnibus praesentibus
transfusis, itidem ex re, persona et occasione sui Generosi suorumque
Successorum tantummodo et non Vltra modo quovis perductis et

1130

perduendi emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere,
ac etiam Intromissionem praefatam, coram Officio praesenti admissam, in
fundo bonorum praefatorum, Summa eadem praedicta ab se cessa oneratorum
dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare
imo debebit et tenebitur eandem liberare et effectuare admit-
tere, dataq eo admissa possessionem et Usumfructum praemissorum omnium
praedictorum transfusorum quovis modo, tempore, quam per suas quasvis
Submissas et Subordinatas personas non impedire nec adimere
ipsosq cessionarios suos, et ipsorum successores in praemissis omnibus praesen-
tibus descensis, nullo modo iniuriari, ita ut iidem Cessionarij sui, cum
suis posteris, hoc eodem Jure praesenti cessum Summam ac bona Summa
eadem onerata, praemissaq omnia praedicta cessa, cum universis eorum
Utilitatibus et Usufructibus, competentiisq et praerogativis quibusvis
quiete et pacifice praedicto Inferiori cessionario vigore tenere, ha-
bere, et possidere queant illisq uti frui possint, idq sub vadio summa
Quadringentorum Quadraginta florenorum polonicorum praefatis Agentibus
suis eius posteros, praenominatis Cessionarijs suis, et illorum posteris
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in
toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. pro
quo quidem vadio, modo praemisso ad solvendum succ., aeq realiq pra
principali ex praemissis non completa complendum Citatus et inscriptus
Recognoscens Nobilis Stephanus Wysoczanski Krzywobowicz suis eius
successores ad instantiam praefatorum Nobilium Stephani et Demetrij Wy
soczanskich Piotrowiczow fratrum inter se germanorum Cessio
nariorum suorum vel eorum posterorum, ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premysliense, et extunc ...ius ..., quo ad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium
praefatum luere, Interesse huic satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eaq omnia

incidit et obligat praefatus illum Terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes facti cuiusque Terminos, semper peremptorios, Vera Infirmitate, aetatis maiori, minorennitate Succorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictores Vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Ultra primos Officy praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ad praemissa omnia pedibus simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalys Juris, prorogatione Termini, bello, fornicatione aliisque omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis excadendo. Ita se sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo

Stawski Woiakowskie Quietat. 1093

Coram Generoso Dominico à Gumow Gumowski Capitaneo [illegible] in Locum Generosi Joannis à Staw Stawski Pocillatoris Leopoliensis Vicecapitanei Loci praefati Subdelegato, munusque hoc Subdelegationis suae, in se, Successores, ac bona sua generaliter omnia, quo ad Vim et Robur praefati attinet libere et benevole in se assumente, Officioque et Actis praesentibus